



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv
Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lvgdvni, 1659**

II. Vndenam voluntarium & liberum tollatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41066

4 *Moralis Theologiae Principia*,
citum quod sine verbis aut signis, ex circumstantiis colligendum.

§. 2. 4. *Quid Liberum?* Quod positis omnibus requisitis ad agendum, absque eo quod vlla fiat in se mutatio, potest agere, vel non. Hinc Libertas in voluntate formaliter sita est, in intellectu vero radicaliter.

5. *Num actiones usum rationis praeuenientes libera sunt?* Non, quia ad has rationis aduentia requiritur.

C A P V T I I .

Vnde nam Voluntarium aut Liberum tollatur?

6. *Quidnam ergo Voluntarium seu Liberum tollit? Num Vis?* Tollit quidem Vis absoluta, nec imputatur ad culpam, quod ex illa committitur, vti in virgine stuprum, idoli adoratio, contractus cum vi initus.

7. *Num Ignorantia?* Si sit antecedens, voluntarium tollit, non consequens. Comitans autem aufert tantum negatiū; quia tollit necessariam negationem, non autem efficit inuoluntarium.

8. *Num Metus?* Est quidem Metus grauis, qui in virum constantem cadit, nec a constantia valet repelliri; & leuis, qui cadit in meticulosum. Neuter irritat contractus iure naturae; at grauis positivo iure nullos reddit. Metus igitur tollit secundum quid Voluntarium, absolute vero Voluntarium facit pro loco, & tempore.

9. *Num Concupiscentia?* Haec quidem Voluntarium auget in actu, quatenus delectabilis est. At minuit in eo quod efficit, vt in honesti ratio minus consideretur; quae vera sunt de concupiscentia consequenti ex vehementi voluntatis appetitu, & consideratione intellectus: non autem de antecedenti consensu voluntatis, & aduentiam intellectus.

C A P V T I I I .

De Bono, & Malo Morali.

10. *Cum Morale per se primò conueniat actibus humanis ex deliberatione rationis procedentibus: Quidnam est Morale?*